tes Paulule reportabis. Vide Sperate ne hac pa=
læſtra laudibus eos exornes, quorũ ſtatueris gloriã
denigrare. Circumfertur elegãs hic ſenarius. Ex=
ornat probos improbus conuitijs. Quid rurſus ſi Prouer=
quiſpiã multo te naſutior, tibi debitũ reddiderit bium.
Talionẽ? fuerunt nebulones haud pauci, qui in ſũ=
mos ſapientia uiros, Homerũ, Socratem, Catonẽ.
M. Tulliũ, Virgiliũ, Eraſmũ Germanorũ decus.
Immo in ſanctos ipſos, & Chriſtũ hoĩm redemp=
torẽ, inſulſos libros ſcripſerint malis auibus.

Speratus.

Seueriorem (uti uobis uidebitur) accipite lituram hanc.

Facultas Theologica.

PRAECIPIS *Sperate, ut ſeueriorẽ lituram*
hanc tuã (uti nobis inquis uidebitur) accipiamus.
Vtinã adſarcinatæ huius barbariæ nobis a te miſ=
ſæ lituram, ideſt, opaco quopiã liquore ſuperindu= Litura qd
cto, omnimodã deletionẽ, expunctionemq; (In hoc
enim ſignificatu liturã Latini accipiũt doctiores)
nos accipere præcipiſſes, ne ſcilicet futilia, inania=
q; tua hæc legendo, tam operam perdidiſſemus, q̃ Prouer=
oleum. Certe tua hæc litura (quicquid per liturã bium.
ſignificare uolueris) nedum nõ ſeuerior eſt uiſa no
bis, ſed uana penitus, atq; leuiſsima .i. authori ſuo

 ſimilia

Prouer= ſimilima. Immo uero digna loliginis ſucco funditus
bium. linienda, ne cachinnos in poſterũ queat prudenti=
bus mouere cenſoribus. Non nobis Sperate, liturã
hanc tuam cũ adſarcinata barbarie mittere de=
Prouer= bueras, ſed Vulcano potius, aut Neptuno. Apti
bia. nempe utriusq; cenſores, impij ſimul homines, & Amuſoteri.

Speratus.

Atq; eidẽ adſarcinatã barbariam legite.

Facultas Theologica.

PRAECIPIS inſuper, ut nedum ſeueriorem liturã hanc tuã accipiamus, ſed eidẽ quoq; adſarcinatam barbariẽ iubes legere. Non ab re uerſiculus is apud Græcos uice puerbij celebratus eſt.
Gel.cap. πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον
6.2. εἶπεν. Hunc ipſum uerſiculũ Theodorus Gaza ſic Latinũ fecit. Sæpe etiam eſt olitor ualde opportuna locutus. Sicut Sperate aliene nimis de litura iamiã locutus fueras, ita proprijſsime adſarcinatã huic lituræ tuæ, barbariẽ nuncupaſti. Quid enim
Barbarũ tam barbarũ, q̃ id, quod præter natiuã barbariẽ
quid. retinet in ſe nihil? Ideſt, qđ tũ lingua, tũ moribus barbariſsimũ cẽſeatur, & ſit. Siquis paruo labore barbarus cupit effici, tuam hanc, huic lituræ tuæ

adſarcinatã